

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nono sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno sexto. Die octaba mensis decembrii indictione duodecima neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini basilii et quedam domina anne honeste femine iugalium personarum una cum voluntate presenti domini stephani viri mei. A presenti die promtissima voluntate commutavi et tradidi vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest integrum fundum meum qui est imbela constitutum bero in loco qui vocatur nonnaria una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum integra piscinella qui ibi esse videtur simul cum introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. pertinente bero mihi a memorata genitrice mea pariter et me in portione tetigit a vos ipsis et a ceteris consortibus meis. Coherente sivi hab una parte ab horiente campum vestrum qui est holibetus. et ex alia parte a septemtrione terra domini iohanni filio domini stephani kata domini ypatiae et terra mea et subscripta terra vestra sicuti inter se via exfinat. De alia autem parte a meridiana et in aliquantum ab hoccidente terra quidem niceta Kanonarchi et terra communalem mea et vestra et de ipsorum ceteris consortibus nostris sicuti inter se sepi exfinat: De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem. Itaut ha nunc et deinceps memoratum integrum fundum meum qui est imbela situm ad nonnaria una cum arboribus

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno nono di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno sesto di Niceforo e Costantino grandi imperatori, nel giorno ottavo del mese di dicembre, dodicesima indizione, **neapoli**. Certo è che io Maria, onesta donna, figlia del fu domino Basilio e della fu domina Anna, onesta donna, coniugi, con il consenso del presente domino Stefano marito mio, dal giorno presente con prontissima volontà ho permutato e consegnato a voi domino Giovanni, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Baccho che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridario**, vale a dire per intero il fondo mio che è invero sito nel luogo chiamato **nonnaria**, con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con l'integra piccola vasca che ivi risulta essere, con il suo ingresso e con tutte le cose ad esso in generale pertinenti, appartenente invero a me dalla predetta genitrice mia, in pari misura che a me in porzione toccò a voi stessi ed altri miei vicini, confinante da una parte ad oriente con il campo vostro che è un oliveto, e da un'altra parte a settentrione con la terra di domino Giovanni figlio di domino Stefano **kata** di domino **ypatiae** e con la terra mia e con la sottoscritta terra vostra come tra loro una via delimita, da un'altra parte poi a mezzogiorno e in piccola misura a occidente con la terra invero di Niceta **Kanonarchi** e con la terra in comune mia e vostra e degli altri vicini nostri come tra loro una siepe delimita, di cui niente a me entro i predetti confini rimase o riservai né affidai in possesso di altra persona. Di modo che da ora e

fructiferis vel infructiferis et cum memorata piscinella qui ibi esse videtur simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi quatenus per memoratas coherentias vobis eum insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit commutatum et traditum in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem: et neque a me memorata maria honesta femina cum voluntate memorati domini stephani viri mei neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. propter quod ad vicem in commutationis recompensationisque. accepi a vobis hoc est memorata integra petiola de terra vestra una cum holibus qui ibidem sunt simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus qui vos tetigit a me ipsa et ab ipsorum ceteris consortibus nostris et vobis pertinet pro offertione a quondam domino urso thio meo. Coherente sivi a parte horientis et septemtrionis terra portioni meae et a parte hoccidentis terra domine rodelgrimme. a meridiana quoque parte memorata via. unde nihil vobis intus memoratas coherentias reserbastis sicuti et quomodo mea continet chartula commutationis que vos cum cuncta vestra congregatione monachorum mihi exinde fecistis in omnem decisione seu deliberationem tantummodo stetit nobis ut si quovis tempore quavis persona ex ipsis consortibus nostris quesierit portione habere in memorata piscinella et vos exinde vincerit tunc ego et heredes meis

d'ora innanzi il predetto integro fondo mio che è invero sito presso **nonnaria**, con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con la predetta piccola vasca che ivi risulta essere e con il suo ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti, di cui dunque niente a me rimase o riservai fin dove per i predetti confini a voi ho comunicato ma per intero come sopra si legge, da me a voi sia permutato e consegnato e in voi e nei vostri posteri e nel predetto vostro santo e venerabile monastero sia la potestà di farne quel che vorrete e sempre libera ne abbiate facoltà, e né da me anzidetta Maria onesta donna con la volontà del predetto domino Stefano marito mio né dai miei eredi in nessun tempo mai voi predetto domino Giovanni venerabile egùmeno o i vostri posteri né il predetto vostro santo e venerabile monastero, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e per sempre, per quello che in cambio e compensazione ho accettato da voi cioè il predetto integro piccolo pezzo di terra vostra con gli olivi che ivi sono e con il suo ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti che a voi toccò da me stessa e dagli stessi nostri altri vicini e a voi appartiene per offerta dal fu domino Urso zio mio, confinante dalla parte di oriente e di settentrione con la terra di mia porzione e dalla parte di occidente con la terra di domina **rodelgrimme**, infine dalla parte di mezzogiorno con l'anzidetta via, di cui niente a voi riservaste entro i predetti confini come e in qual modo contiene il mio atto di permuta che voi con tutta la vostra congregazione di monaci dunque mi avete fatto, in ogni decisione e discussione. Soltanto fu stabilito fra noi che se in qualsiasi tempo qualsiasi persona dei nostri vicini chiedesse di avere porzione nell'anzidetta piccola

indemnis et securis exinde maneamus insuper stetit nobis ut quandoque ego aut heredes meis direxerimus pro tempore in memorato loco hominibus nostris ad colligendum holivis nostris et tunc vos aut posteris vestris habueritis aquas in piscina vestra tunc ad eis exinde dare debeatis quantum ad eis necessum fuerit donec ibi fuerint ad colligendum ipse olibis nostris. Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata duodecima ✠ et hoc memorati sumus ut liceas me et heredes meis facere macenare in oliarias vestras dum eas ibi habueritis omnes olibas proprias nostras quas ibi habuerimus ad omni nostro expendio et nullam nobis exinde queratis tollere vos aut posteris vestris omni annuo. et si aliter feceristis in memorata poena subiaceatis ✠

Hoc signum ✠ manus memorate mariae honeste femine quod ego qui memoratos pro ea subscripsi ✠

✠ ΕΓΟ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΟΥΒ ✠

✠ ΕΓΟ ΣΕΡΓΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTOC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ ΟΥΒ ✠

✠ ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTOC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ ΟΥΒ ✠

✠ ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTOC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ ΟΥΒ ✠

✠ Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium

vasca e voi dunque vincerete allora io ed i miei eredi rimaniamo per ciò indenni e sicuri. Inoltre fu stabilito tra noi che quando io o i miei eredi manderemo per tempo nel predetto luogo uomini nostri a raccogliere le nostre olive e allora voi o i vostri posteris avrete acqua nella vostra vasca allora pertanto dovete dare a loro quanto loro sarà necessario finché saranno ivi a raccogliere le stesse olive nostre. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi io o i miei eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto di permuta, come sopra si legge, e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo a voi ed ai vostri posteris ed al predetto vostro santo e venerabile monastero venti solidi aurei di Bisanzio e questo atto per quanto contiene rimanga fermo in perpetuo, scritto per mano del curiale Giovanni, richiesto di scrivere per l'anzidetta dodicesima indizione. ✠ E questo ricordiamo che sia lecito a me e ai miei eredi di far frangere nei vostri frantoi, finché quelli ivi avrete, tutte le olive proprie nostre che ivi avremo con ogni spesa a nostro carico e nulla quindi chiediate a noi di prendere voi o i vostri posteris ogni anno e se diversamente farete soggiacete alla predetta pena. ✠

Questo è il segno ✠ della mano della predetta Maria onesta donna che io anzidetto per lei sottoscrissi. ✠

✠ Io Stefano sottoscrissi. ✠

✠ Io Sergio, figlio di domino Giovanni, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Leone monaco, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Leone, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io anzidetto curiale Giovanni dopo la sottoscrizione dei testi completai e

Complevi et absolvi die et indictione  
memorata duodecima ✕

perfezionai nell'anzidetto giorno e  
nell'anzidetta dodicesima indizione. ✕